



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

CXXVII. Abgesandte des Königs Kasimir von Polen, des Hochmeisters von
Preußen und des Johanniterordens erneuen eine Grenzbestimmung
zwischen Polen, Preußen und der Neumark vom 19. November 1251, am

...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

dig sie vnd marggrauen Ludewig dem Romer haben vnd dy nicht zu brechende in key-
nerley wis. In cuius etc. Datum Soldin, anno MDCCLXIV^o. feria VII^a post johannis baptiste.

Aus Dittmann's Urkunden-Sammlung des K. Geh. Staatsarchives fol. 203.

CXXVII. Abgesandte des Königs Kasimir von Polen, des Hochmeisters von Preußen und des
Johanniterordens erneuen eine Grenzbestimmung zwischen Polen, Preußen und der Neumark
vom 19. November 1251, am 2. Juli 1364.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Suadet Nobis nostra benignitas, vt eo solertius simus intenti ad amplianda religiosorum Virorum commoda, quo obnixius cupimus illum Dominum per quem regimur et principamur in terris pro nobis rogari et sic bona opera seminare in terris vt mercedem metere valeamus in celis. Proinde nos Casimirvs, Dei gratia Rex Polonie, nec non terrarum Cracovie Ruffieque Dominus et heres, notitie vniuersorum tam presentium quam futurorum volumus commendare, quod accedentes ad nostram Procerumque presentium legati venerabilis Domini Heinrichi Kniprade, generalis Magistri ordinis in Prussia legati et vna cum eis religiosus Vir Bernhardus de Schwlenbvrge, Commendator in Zippelburgk in nomine totius ordinis equestris fratrum Hospitalis S. Johannis Hierosolymitani, produxerunt coram nostra celsitudine litteras terminales a Q. Principe Boleslao clare memorie, Polonie et Cracovie Duce, avunculo nostro et antecessore charissimo Conrado, Landgravio Hassie et Thuringie, generali Magistro ordinis Pruffie datas quibus vndique mutuo consensu decisio et equatio terminorum nove Marchie terreque Sternebergensis, inter nos generales Magistros ordinis Pruffie, Marchiones Brandenburgenses et fratres Hospitalis S. Johannis ordinis equestris Hierosolymitani facta est, humiliter supplicantes cum dicte littere vetustate fere essent consumte; vt illas de solita Maiestatis nostre benignitate innovare, ratificare et confirmare dignaremur, quorum petitionem ex singulari propenitate, quam in eos et ordinem fratrum Hospitalis S. Jerusalem habuimus, non denegare voluimus, quarum litterarum tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis:

In Nomine Patris, Filii et Spiritus S. Amen. Quoniam ea, que aguntur in tempore, labuntur simul cum tempore nisi litterarum seu testium munimine fuerint perennata, insuper et operationis sancte propositum ad Concordiam nulla debet occasio impedire: Nos igitur Boleslavs, Dux Polonie et Cracovie, notum facimus tam presentibus quam futuris, qui ex salubri habito nostrorum Baronum consilio et per infra sequentes testes terras, novam Marchiam et Sternebergensem cum Marchionibus Brandenburgensibus, Conrado, Landgravio Hassie Thuringieque iam generali Magistro ordinis Pruffie fratribusque Hospitalis S. Johannis ordinis equestris Hierosolymitani metiri et certis limitibus conscribere et partiri fecimus.

Inchoantur autem dicti termini in quodam Saxo crucibus aliisque notis signato (quod collimitum terminorum Polonie, Pomeranie et nove Marchie est) protendentes se hinc in quandam viam de Jersdorff ad antiquam villam Wuro directe et indirecte ducentem, que via cum omnibus sitis in parte dextra ad novam Marchiam, in sinistra vero ad Poloniam pertinet, quod idem intelligendum

est de tota hac limitatione ab initio vsque ad finem. Et ducit predicta via vltcrius ad quandam congeriem lapideam, in qua ferreus stipes crucibus ordinis S. Johannis signatus et lapidibus rectus invenitur, de qua tendunt termini trans viam in fine paludis Bulgenhagensis et hinc trans quandam campum ad Poloniam pertinentem usque ad alium campum, ibi incipientem, qui Bulgorin nuncupatur et sub ditione Marchie comprehenditur, in quo loco iterum stipes ferreus prope paludem Tischebruch incussus habetur, de quo directe per medium iam dicte paludis ad lacum Ligpen, qui ad Pomeraniam spectat, ascendendo littus illius dextrum usque ad quandam rivum ex illo lacu effluentem et sequendo alveum istius rivi vsque ad brachium ex lacu Draitzig se protendens ascendendo littus lacus illius usque iterum ad quandam ferreum stipitem, de quo pergendum iuxta montem calvum relicto illum ad finistram ad semitam piscatorum, hinc ad montem Melum, de quo ad curvatas valles dictas Luchsreye.

Hinc ad quandam paludem pro qua iterum ferreus stipes conspiciendus, sequendo extremitatem illius paludis in parte anteriori accurrit quedam quercus iuxta semitam Rudensteig, apud quam quercum iterum ferreus stipes est incussus, quo in loco campus supradictus Bulgorin finitur. Relicto ibi stipite ferreo sequenda est semita Rudensteigk, vsque ad viam Wurowiensem ducentem ad quandam quercum monstrantem ad aliam, de qua ad paludem Birekhals nuncupatam et vltcrius ad aliam paludem transeundo istam directe et indirecte ducentem, que via cum omnibus sitis ad illius dexteram ad Novam Marchiam, ad finistram vero ad Poloniam pertinet, quod idem intelligendum de tota limitatione ab initio ad finem. In qua via procedendum ad quandam congeriem lapideam in qua ferreus stipes crucibus signatus et lapidibus tectus invenitur. Hinc tendunt termini trans viam scribendo arva villarum Klebo et Wuhro circa arbutum paludosum Bulgenhagensis in illius dextro latere directe et indirecte ad arva ville antique Wuhro, de quibus ad arva Bulgarin ibi termini in semita nomine Rudensteigk de ferreo stipite et signata quereu ibi invenienda directe trans viam Wurowiensem ad officium parandorum vitrorum et de ista recta ad arbutum palustre nomine Eschenbruch et ferreum stipitem ibi conspiciendum et per medium illius arbuti palustris ad lacum nomine Lippen, quem sibi vendicat Pomerania et in littore dextro ejusdem lacus in rivum lippensem per paludem Sprukenbruch in finistro littore fluentem procedunt et dictum rivum sequuntur vsque in brachium longum, quod lacus Dratzke extendit, et sic vltcrius iuxta dictum lacum vsque ad ingentem cumulum terminalem iuxta montem calvum post arboretum Tiliarum prope lacum Dratzke situm recta spectantem ad alium in fine minoris brachii dicti lacus Dratzke habetur. Hinc directe ad alium cumulum, ferreum stipitem infossum habentem prope rivum, nomine Leimekelen. Hinc trans dictum rivum ad semitam piscatorum ducentem ad aliquos colles, curvatas valles efficientes, qui locus Luchsreye dicitur et sequendo dictas valles vsque ad locum palustrem dictum Marcksbruch directe et indirecte vsque iterum ad magnam quercum et ferreum stipitem prope semitam Rudensteigk et sequuntur termini antique Wuhro a dicto loco palustri Bulgenhagenbruch viam vsque ad rivum qui Memorusfortt appellatur procedendo in sulco terminali arborum nove et antique Wuhro ad novam ducentem ex transverso ad crispatam quercum ad aliam monstrantem, de qua ad arbutum paludosum nomine Birekhols in sulco terminali procedendo ad aliud arbutum paludosum nomine Sehebrucken, hinc ad stirpem quereeam signatam, de qua ad foveam terminalem in qua olim excelsa quercus stetit de illa ad aliam foveam de nomine cuiusdam viei Krauffe nuncupatam de qua ad alium locum palustrem atque silvestrem, qui vulgari nomine altum collum appellatur de quo ad montem Tartarorum et lacuseulum dictum minor Kesselfuel vltcrius ad rivum, qui vadum Ducum appellatur fluvius in Trabam.

De campo autem Claushagenfi in Polonia et non intra dictos terminos comprehenso, retinere debet domus Falkenburgensis quintam partem. De dicto vado Ducali alveus Trabenfis usque in lacum Gofsin terminos tenet, qui in littore sinistro est circumvadendus vsque ad effluentiam cuiusdam rivuli ducentis terminos in alium lacum in sinistro littore versus Wittenbruch ad ferreum stipitem aliasque arbores terminales de vna ad alteram procedendo usque ventum est ad viam Plumidalensem, iuxta quam ferreus stipes inveniendus, de quo in dicta via ascendendo et occurrenti sylvula Polonenfi ad pontem Trabanensem et ambas illius ripas: De quo ponte fluvius Traba cum sitis ambabus ripis usque ad lacum Poltzkaumensem terminos tenet, qui se porrectos intrinsecus iuxta sylvulam Polonensem et in sinistro littore dicti lacus ascendendo in rivum Bartenfließ preterlabentem Heinersdorff ex memorato lacu flectunt sequentes longitudinem illius rivi circa Breitenstein in parte sinistra versus collum altum indeque versus Mose in Insulam captam munimen regionale attingentem et alterius directe ad arva Calentzigk vbi iterum stipes ferreus conspicitur, quo relicto ad maiorem Blanke Mofse cum ambabus ripis ad Marchiam pertinentem, hinc gradatim occurrunt arbores terminales clavis ferreis signate, ducentes terminos ad finientem maiorem Mofse, hinc post arva Heinersdorf vsque ad Steinbringk tendentes, Hinc descendendo versus Draitziger Langke et iuxta illum lacum versus alium dictum Breite Mofse, ex quo effluens rivus Berkenbrücke sequendus est, ille vsque ad lacum Plavensem. Porro trans dictum rivum directe ad congeriem terminalem dictam Leinsterdt sita nunc ibi ad dextram ad campum Plavensem et cum illo campo ad Marchiam pertinet, de qua congerie ad signatam quandam pinum monstrantem directe iuxta latus arborum Tempelbvrgensium pergendo ad aliam ingentem congeriem terminalem lapideam Hinc et quedam arbores ad alveos apum porrecte de vna ad alteram procedendo, quarum alie clavis sunt signate usque ad bivium viarum de Falckenburgk et Phierichow versus Brotzen ducentem in quo similiter stipes ferreus conspiciendus, de quo ad binas pinos clavis ferreis signatas hic campus quidam Thierbruch appellatus seorsim in dictione Polonica propriis limitibus signatus iacet, qui ad domum Falkenburgensem et cum ea ad Marchiam pertinet. Dicta vero via a duabus istis pinis ducit ulterius per Brotzen ad arva sic dicta Thurnbruch et sylvam nominis eiusdem. Incipiunt autem ista arva in quodam rivo dicto Debritz, vbi via de Brotz versus Landeek ducit et protendunt se in ista via regia nove Marchie, quicquid iuxta illius dextram et iuxta fluvium majorem Pilo situm invenitur, Hinc directe in viam Machelin ad Krono versus Königsfortt ducentem ad se iuxta silvam Briffiensem et silvam Taxorum ad ferreum stipitem protendentem, Hinc et sequendo istam viam, que iterum in viam regiam Prussicam ducit, cui allabitur rivus Debritz, in quo similiter ferreus stipes inveniendus, vsque iterum ad illum locum, vbi predicta silva initium fecit. De predictis ambabus pinis tendunt termini directe trans viam secus arbores alveos apum ibi in campo Plaviensi stantes, quarum alie sunt signate directe post locum dictum Andree lacus, exterosque lacus, capita canina dictos, per paludem arundineam, in viam, que de Phirchaw versus Mechelin ducit, usque ad signatam quercum, iuxta illius vie dextram stantem, De qua ad vadum arenarum et ex illo aquam mortuam seu rivum caprarum sequendo illum vsque in lacum Mechelin, qui ad novam Marchiam pertinet et circa illum vsque ad finem territorii ejusdem loci et in valles majores sequendo istas vsque in rivum quendam dictum Phalbeeke, vbi iterum ferreus stipes inveniendus, descendendo in isto rivo directe et indirecte vsque ad quendam pontem, Hinc trans dictum rivum vbi silva Simiensis, que ad Marchiam spectat, initium sumit, directe ad arbores alveos apum de vna ad alteram procedendo quarum alie sunt signate vsque ad fundum quendam aquosum dictum madidus Pridangk, procedendo in isto directe et indirecte ad colles dicti Mückelberge, qui etiam

limitum loco habentur. De istis ad arborem quadricornitam sequendo ulterius alveum rivi Pridank usque in lacum magnum Kobitz et ex illo in parvum Kobitz de quo directe et indirecte trans viam ducentem de Schönfeldt versus Fridlandiam usque in viam Marchionis vbi quoque ferreus stipes est infossus et in ista via procedendo usque ad montem Kabellsberg, de quo directe ad effluentiam rivuli ex lacu Christianensi majore, directe et indirecte usque in parvum Christianensem: Hinc in lacum Winkerensem, iuxta iudices montium Wurloviensium usque ad montes Bullenses: Hinc ad fines Jacobsdorffianos et pontem Winckelensem juxta arva Jacobsdorffiana ascendendo versus Rodespringk, hinc in lacum dictum Jespe, ex illo in concavum fundum secundum illius longitudinem rectam et indirectam usque ad quandam signatam fagum. De qua termini porrecti civitatem Kalis pretereunt, vbi definit locus dictus Alanorum et vbi confinium constituitur trium camporum, Gisiensis atque Pamminiensis et Kalisiensis, protendentes se iuxta dictam paludem Alanorum usque ad lacum Gießen et in ipsius littore progrediendo usque ad effluentiam cujusdam rivi e dicto lacu, sequendoque illum rivum usque ad aggerem Vaccarum. Dictum autem campum Gisiensem vendicat sibi Polonia. Relicto aggere Vaccarum sunt pretergrediendi quidam alii cumuli terminales inter civitatem Kalis et Gießen in via Kalisiensi desinentes. A quorum postremo dicte vie nempe viciniore ulterius progrediendum usque ad confinium camporum Lebizenensis et Gisiensis. Dimidium vero campi Lebizenensis pertinet ad Poloniam. De campo Lebizenensi ulterius progrediendum ad rivum quendam e lacubus Friedlandie effluentem dictum Letifluvius, qui suo directo in indirecto fluxu terminos tenet donec cum Karbiziensi rivo confluit. Sic rivus Karbiziensis iterum ascendendo inter Fridlandiam et villam Kurtenitz usque ad locum, ubi ambarum illarum fines cessant, Et porro hinc ascendendo inter Zado (cujus ville dimidium ad Polonicam Jurisdictionem spectat) et Fridlandiam usque ad sylvulam quandam terminos tenet pergendo iuxta dictam silvulam usque ad scatebram Moderemiken, iuxta illam ad stipitem ferreum et hinc ad fornacem, in qua liquantur cineres, qua relicta procedendum iuxta finem lacus Latzke directe ad arborem monasticam, et de illa ad campum Bredenstennensem de illa in stagnum nigrum usque ad Klinkfortt. Hinc usque in viam Kronensem et porrecte in ista usque in Lacke et ulterius usque ad sylvulam fabri per actus pecudum Henrichsdorffiensium ad paludem longam ubi ferreus stipes inveniendus suntque Prochnow et Petzenigk sub ditone Marchionali, de finibus ville Zadoviensis iterum versus Specksdorff et de illius finibus in quendam rivum in Moderinke currentem et Moderineke in stagnum molandini Specksdorffianum, quod ambobus suis jittoribus cum dicta villa ad Marchiam pertinet et sic ulterius ad locum ubi olim aqua superflua et dicto stagno effluit, et vbi nunc duabus rotis molaribus decidit et rivum efficit, qui fluxu suo directo et indirecto, facta et confluentia cum alio in lacu Lubizenensi existenti adepto nomine Kramp terminos tenet usque in lacum Zyten in cujus sinistro littore tendunt termini iterum ad fluentiam e dicto lacu ducentem terminos directe et indirecte in et per lacum Wulterwitz (qui ambobus littoribus sub ditone Marchionali continetur) servato nomine Plötzenfliefs tenentem usque in fluvium Traba, apud cuius influentiam in ripa ferreus stipes conspiciendus, de quo in fluxu dicti rivi in Trabam. Traba iterum terminos inter Poloniam et Marchiam descendendo servat, ita tamen, ut vtrique parti usus fluminis, ad medietatem illius in cuiuslibet littoris termino sit concessus consistens in piscationibus, piscuis aliisque utilitatibus, usque illuc ubi propemodum ad quartam partem miliarii ventum est ad villam Pelitz ubi Neza et Traba collabuntur et Traba nomen amittit. Ibi Pelizenses soli habent usum totius fluminis cum ambabus ripis, usque ad quendam locum ripa alba dictum, a quo ex transverso ad lacusculum dictum Korffin, cuius dimidium ad Dratzenenses et alterum ad Pelizenses pertinet, de quo descendendo ad alium lacusculum dictum rixosum, quem etiam

Pelizenfes ambobus littoribus poffident. Hinc termini iuxta campum Dratzenfem et quandam quercum et ulterius ad quoddam munimentum in dicto fluvio, a paganis Pelitzenfibus ad vsum pifcationis structum adjacens campo Draceni. Et fic fervat fluvius Netza ambabus fuis ripis ad Marchiam pertinet, iisque hinc afcendendo, ufque ad ftipitem ferreum in illo rivo pofitum terminos tenet et de ifto ftipite procedendum ad quandam fcatebram, cui adjacet in inferiore parte filve cumulus terminalis. Relicta fcatebra occurrit alius cumulus terminalis, de quo ex circumvadendo paludem dicto Pruch objicit fe alius cumulus in fine cuiusdam dumi, qui locus fovea terminalis appellatur. Hinc ad quandam viam, que olim de civitate Tronich verfus Driefen duxit ad quandam aream dictam area cauponaria, de qua in quendam rivum Urli rivus, in rivo ifto afcendendo ufque ad fcaturiginem fuam, verfus duos cumulos terminales, quibus relictis directe procedendum ad viam Zirckovienfem et in et per lacum dictum Malini, circa locum Lubetzfchke (in quo quidam lacusculus, fruticeta et prata funt, que omnia in territorio Marchionali funt comprehenfa) ufque ad quandam viam dictum lacum Lubetzfchke, in fine ipfius preterlabentem, de qua via ad aliam dictam via Pyri ad duos cumulos terminales haud procul a dicta via in fupremo loco lacusculi dicti Radenick fitos. Hinc ad lacum quendam Chrammentfchin dictum et de illo ad foveam calcariam, in fupremo loco lacus Lunko fitam, de qua ad cumulum terminalem iuxta viam Schwerinenfem fitum et terminos directe et indirecte vfque ad lacusculum Efferitz qui ad villam Policho et cum illo ad Marchiam pertinet tenentem, de quo afcendendo verfus dextram ad quandam pinum inter Morno et Poleichen, clavo ferreo fignatam, ftantem, incipiuntque termini Mornenfes in dicta pinu intervadentes villas Mornen et Schwerin attingentesque munimen quoddam Pifcatorium in Wartha, cuius pretor Mornenfis eft poffeffor. Pertinet autem dimidium dicte ville Mornenfis ad Poloniam et alterum dimidium ad Marchiam nulla adhuc facta divifione illius, fylvarum, pifcationum, mellificiorum, mellipenfionum, pratorum, redituum, iurisdictionis, De quo predicto munimine fluviali fluvius Wartha terminos tenet ad villam Borek fitam trans fluvium et in littore ejus in regiuncula Sternbergenfi, apud quam fines Mornenfes ceffant, fic predicta villa conftituitur limis, a quo termini iuxta Wartham afcendendo ad congeriem, cui ferreus ftipes cruce notatus infoffus aftante quercu fimiliter crucibus fignata, ubi confinium eft ville Trebitz et Bock, et fic de meta ad metam procedendo ufque ad viam regiam de Landtsberg verfus Schwibuffen ducentem, in qua iterum ferreus ftipes inveniendus, hinc fequendo iftam viam ufque ad collimitium camporum feu manforum villarum Neuwendorff et Tempel in qua via iterum ferreus ftipes inveniendus, de quo circumvadendo villam Tempel eufque arva in parte finiftra directe ad montem Kilifcenfem in viam regiam de Reppen ducentem, ubi iterum ferreus ftipes inveniendus, apud quem femper poffeffores Sternberg mercatores falvo conducto recipere et de Mefferitz ufque ad Reppen comitari, revertentesque iterum verfus Mefferitz ad dictum ftipitem confueverunt. Et fervat dicta via de Mefferitz verfus Reppen terminos ufque ad campum Secrenfem, proxime ille vie adjacentem vfque ad extremam metam Sterpe Regiunculam Sternbergenfem a Polonia fecantem et finientem, que ville, nempe Seeren, Tempel, Langepfuel et Burfen cum fuis adiacentibus arvis et manfis (que incole hactenus titulo cenfuali de commendatoribus in Lagow poffederunt) in territorio Sternebergenfi comprehenfe iacent eosque pertinent. Habet autem domus Mefferitz in predictis quatuor villis aliquos proventus et reditus pecuniarum, filiginis, avene, ovorum, gallinarum et decimarum, quas aliqui pecunia folvere folent, exigendos: ferviuntque manfarii illi finguli quotannis duos dies evehendo fimum, duos dies in melfes fecando fruges, duos dies fecando gramina et duos dies colligendo ifta, duos dies invehendo fruges et tenetur quilibet illorum femper in quatuordecim diebus femel perferre vehem lignorum ad culi-

nam Messertz; Hortularii autem . . . qui non habent mansos, tenentur, ut semper in quatuordecim diebus semel duo ex qualibet villa pedibus veniant Messertz et ibi servitia unum diem servitia presentent, ultra predicti incole quatuor villarum non sunt amplius molestandi, nec restat domui Messertz plus aliquid iuris, domini aut iurisdictionis in dictis quatuor villis preter illa sunt enumerata, sed cum omnibus proprietatibus fitis atque censibus, servitiis, pensionibus, beneficio ecclesiastico, mulcta, viario, iurisdictione superiori et inferiori aliisque regaliis et vtilitatibus, que nunc sunt et in futurum in istis fieri possent, pertinent ad fratres ordinis S. Johannis Hospitalis Hierosolymitani. Incole autem dictarum villarum non prestaturi et denegaturi debita sua domui Messertz coram possessore Lagou sunt accusandi et ad hec officio iudiciali compellendi. Etiam si autem alius ville arva aut alia loca in predictis terminis (nunc ordine equatis et certis limitibus distinctis) contineri et ab illis ex toto seu parte attingi possint quarum tamen hic nulla facta est mentio seu specificatio; Attamen hoc neque Dominis possessoribus neque subditis vel incolis qui illa a Dominis possident (cum plerumque ville invicem inter se proprios et discretos terminos habeant) aliquid prejudicii aut damni ferre debet.

Ad cuius rei notitiam et ne hoc factum nostrum in futurum per nos vel nostros successores debeat aliquo modo violari, sed robur perpetue firmitatis obtinere, et sic per illud concordia ad laudem Dei conservari successus subditorum et illorum fortunarum augeri queat, presentes litteras nostri sigilli munime roborari fecimus presentibus testibus a quibus ipsis limitatio supradicta facta et absoluta est Et sunt Retpolthvs, Palatinus, Bogzvpthalvs, Castellanus Pofnaniensis, Nicolavs, Prepositus in Zantoch et alii quam plures Clerici ac Laici fide digni. Date Pofnanie, in die Elisabeth, Anno millesimo ducentesimo quinquagesimo primo.

Ratificamus igitur, confirmamus et renovamus ex regia potestate et plenitudine hanc litteras limitatorias limitationemque ipsam supra narratam et ab antecessoribus nostri Regni equatam et continuatam illam perpetuo servandam, in cuius rei fidem presentes litteras sigilli nostri Regii appensione iussimus firmiter communiri presentibus nostris Consiliariis et fidelibus Venerabili in Christo Patre Domino Johanne, Episcopo Pofnaniensi et Pafcope, Pofnaniensi, Ptzeslesj etc. Pofnanie, die Visitationis Marie, Anno MCCCLXIV.

Diese mit deutscher Uebersetzung in Destrich's Beiträgen abgedruckte Urkunde dürfte wohl keinem Sachverständigen als echt erscheinen, dennoch aber für die Grenzreitigkeiten des 15. Jahrhunderts nicht ohne Interesse sein.

CXXVIII. Markgraf Otto befehnt Burchard und Eckard von dem Wolde mit dem Hause Becheler und den Dörfern Welschenburg, Klausdorf, Karwitz, Lübeseje und Klücken, am 15. Januar 1365.

Wir Otto etc., Bekennen etc., das wir vorlegen haben vnde vorlien mid krafft disses briues dem vesten manne Burgarde vnde egarde von dem wolde, brudern, vnde Rickowe von warzholt vnde iren rechten erben zu eynen rechten lene vnde mit eyner gesampter hand das hus zu becheler mit aller fryheit vnde gnaden vnd mit alle deme, das von older darzw ge-